



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 140. Epistola Eugenii ad Archiepiscopum Cantuariensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. ribus Viris doctrinæ fama celeberrima  
A. C. 1440 qui juncta opera cum Neo-electo Patriarcha Græcos in sinum Ecclesiæ reducere adlaborarent. Attamen Imperator a postino suo unionis conservandæ studio nimium quantum deferuit, de quo & Eugenius in graves effusus est querelas in suis literis ad Constantinum Peloponæ Despotam, ac Cæsaris Germanum datus. Incertum tamen est, quas ob causas Imperator in schismatis delendi ardore remiserit, nisi timore compulsum dixeris, ne sibi Amuratem offensum redderet, cui Græcorum cum Latinis unio suspecta erat; aut forte, quia armorum subsidia a Latinis sibi submissum iri desperabat, competitori Alberti Imperatoris obitu, qui affidivis Eugenii Papæ necnon Basileensium precibus stimulatus bellum in Turcas parabat; aut denique, quia seditionem Constantinopoli pertimescebat, cum omnes ferme incolæ unionem palam impugnarent.

## §. CXL.

*Epistola Eugenii ad Archiepiscopum Cantuariensem.*

A dnumeraverat Eugenius anno priore Joannem Kemp Archiepiscopum Eboracensem Cardinalium Collegio, cui cum Henricus Cantuariæ in Anglia Archipresul tantæ dignitatis congruos honores, & Seffio-

Sessionis prærogativam deferre recusaret, sæcul. XV.

Pontifex de hoc contemptu tanquam de A.C. 1440.

re nova, & insolita conquestus literas  
dedit ad Henricum anno Christi millesi-  
mo quadringentesimo trigesimo nono, Conslit. 15.

Bullar. to. I.

Eugen. IV.

Pontificatus sui octavo. Non parum, in-  
quiebat, audisse displicuit dissensionem illam,  
quam cum dilecto Filio nostro Joanne tit.  
S. Balbinæ Presbytero Cardinale nuper tua  
fraternitas habuit, cum nova & insolita res  
ipsa sit, quæ nunc attentatur. Imprimis  
autem admiramur satis, cum per quatuorde-  
cim annos & amplius cum dilecto Filio no-  
stro Cardinale Vintoniensi in sedendo, & in  
ferendis votis sine altercatione vixeris, quid  
causæ sit, quod nunc primum in contentionem  
venias cum ipso Joanne Cardinale eadem  
prædicto dignitate. Nec quidem generis Regii  
erga Vintoniensem Cardinalem ratio prætendi  
potest, quoniam & antequam Cardinalatus  
ipsam foret dignitatem adeptus, duntaxat  
existens Vintoniensis Episcopus, & voce, &  
loco tibi cedebat. Quod si sola Cardinala-  
tus dignitas hanc in alio prælationem opera-  
ta est, cur in isto itidem non efficit. Ceter-  
um Eugenius minus curabat, quod Hen-  
ricus Cardinalitiam dignitatem, qua Jo-  
annes decoratus erat, contempnsisset, quam  
quod Eboracensis Archiepiscopatus jura  
deprimere, illumque Cantuariensi Eccle-  
siæ subjecere contendisset. Quiniuno cer-  
tum est, Henricum nullatenus Cardinali-  
tiæ

Sæcul. XV.  
A. C. 1440.

tiæ prærogativæ injuriam inferre volu-  
se; id enim ipsus profitebatur, nec id Eu-  
genius negabat, censebat tamen, nullum  
inde Cantuariensis Ecclesiæ, quam præ-  
cellere putabat, juribus præjudicium el-  
se irrogandum.

### §. CXLI.

*Eugenii elogium de Cardinalatus  
dignitate.*

**N**ihiilominus Eugenius has literas eo fi-  
ne publicasse videtur, ut opportune  
Cardinalium præminentiam amplius  
laudibus efferret. Muneris hujus ori-  
nem ex ipso veteri Testamento reperebat,  
ac dignitatem illam Archiepiscopali præ-  
ferendam declarabat, quia ajebat, illa  
unam duntaxat regit Ecclesiam, ista cum  
*Sede Apostolica universas.*

### §. CXLII.

*Vitellescus Cardinalatu ab Eugenio  
exutus.*

*Blond. 3.  
Dec. 9. 10. 11.*

*Antonin. tit.  
22. cap. 11.*

Interim Eugenius non minus erat magni-  
ficus dignitatis Cardinalitiae defen-  
sor, quam severus vindex adversus eos,  
qui criminum maculis eandem foedare  
non erubuerunt; ipso enim hoc anno gra-  
viter animadvertisit in Cardinalem Vitel-  
lescum Patriarcham Aquileiensem. Is-